nis, vel taurinum caput aut corpus, ut ex Pasiphaë memorant genitum Minotaurum; quod Graeci ἑτερομορφίαν vocant. Alia, quae ex omni parte transfigurantur in alienae creationis portentum, ut ex muliere vitulum dicit historia generatum. Alia, quae sine transfiguratione mutationem habent locorum, ut oculos in pectore vel in fronte, aures supra tempora: vel sicut Aristoteles tradidit quendam in sinistra parte iecur, in dextera splen habuisse. [10] Alia secundum connaturationem, ut in alia manu digiti plures connaturati et cohaerentes reperiuntur, in alia minus, sive in pedibus. Alia secundum inmaturam et intemperatam creationem, sicut hi qui dentati nascuntur sive barbati vel cani. Alia conplexu plurimarum differentiarum, sicut illud quod praediximus[66] in Alexandro multiforme portentum. [11] Alia conmixtione generis, ut ἀνδρόγυνοι et ἑρμαφροδῖται vocantur. Hermaphroditae autem nuncupati eo quod eis uterque sexus appareat. Ἑρμῆς quippe apud Graecos masculus, Ἀφροδίτη femina nuncupatur. Hi dexteram mamillam virilem, sinistram muliebrem habentes vicissim coeundo et gignunt et pariunt. [12] Sicut autem in singulis gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sunt gentium, ut Gigantes, Cynocephali, Cyclopes, et cetera. [13] Gigantes dictos iuxta Graeci sermonis etymologiam, qui eos γηγενεῖς existimant, id est terrigenas, eo quod eos fabulose parens terra inmensa mole et similes sibi genuerit. Γῆ enim terra appellatur: γένος genus; licet et terrae filios vulgus vocat: quorum genus incertum est. [14] Falso autem opinantur quidam inperiti de Scripturis sanctis praevaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluvium concubuisse, et exinde natos Gigantes, id est nimium grandes et fortes viros, de quibus terra conpleta est[67]. [15] Cynocephali appellantur eo quod canina capita habeant, quosque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur. Hi in India nascuntur. [16] Cyclopes quoque eadem India gignit; et dictos Cyclo-

66. Cfr., *supra*, § 5.
67. Cfr. *Gen.*, VI, 4.

tauro che narrano essere stato partorito da Pasife. I Greci parlano in tal caso di ἑτερομορφία. Altri sono quelli completamente trasfigurati in una creatura differente: ad esempio, il vitello che, secondo la storia, sarebbe stato generato da donna. Altri quelli che, senza essere soggetti a trasfigurazione, hanno delle parti fuori luogo: ad esempio, gli occhi sul petto o sulla fronte, o gli orecchi al di sopra della tempie, ovvero, come narra Aristotele di un uomo, il fegato a sinistra e la milza a destra. [10] Altri per *connaturatio*, ossia *nascita comune*: ad esempio, con più dita nate insieme e connesse in una mano e meno nell'altra, fenomeno che può verificarsi anche nei piedi. Altri per creazione prematura ed eccessiva: ad esempio, chi nasce con denti, o barba, o con i capelli bianchi. Atri per l'insieme di molteplici malformazioni: è il caso del portento multiforme sopra ricordato a proposito di Alessandro[66]. [11] Altri per mescolanza di generi: ad esempio, i cosiddetti ἀνδρόγυνοι ed ἑρμαφροδῖται. Gli *ermafroditi* sono così chiamati in quanto in essi si manifestano entrambi i sessi: Ἑρμῆς è, infatti, presso i Greci, nome di maschio, Ἀφροδίτη di donna. Costoro hanno la mammella destra da uomo, la sinistra, invece, da donna, si uniscono l'uno con l'altro generando e partorendo. [12] Come tra le singole genti si danno alcuni esseri umani mostruosi, così all'interno del genere umano considerato nel suo complesso esistono alcune genti costituite da mostri, come i Giganti, i Cinocefali, i Ciclopi e le altre simili. [13] I *Giganti* sono stati così chiamati in virtù di un'etimologia della lingua greca. I Greci, infatti, considerano i Giganti γηγενεῖς, ossia *terrigeni*, che significa *nati dalla terra*, perché la terra stessa, secondo la favola, li avrebbe partoriti con la propria mole immensa, generandoli simili a sé: la *terra* è infatti chiamata in Greco γῆ, e la *nascita*, o *lignaggio*, γένος. D'altra parte, sono comunemente chiamati *figli della terra* anche coloro la cui nascita è incerta. [14] A torto alcuni, che non conoscono le Sacre Scritture, ritengono che, prima del diluvio, gli angeli prevaricatori si siano uniti con le figlie degli esseri umani e che da tale unione siano nati i Giganti, cioè uomini straordinariamente grandi e forti, di cui si sarebbe riempita la terra[67]. [15] I *Cinocefali* hanno tale nome in quanto *aventi testa canina* e perché il loro stesso latrare li manifesta più animali che uomini: nascono in India. [16] La